

Petri hispani

Folio lxxxiii

labis. quartus modus conuenit in diuinitate. et est po-
litis maxime necessarius. quintus est inuentus per
Aristotelem. et ualeat ad cognoscendum quod subiectum est
prius sua propria passione. Etiam ualeat illud possi-
dium ad cognoscendum quod substantia est ante ac-
cidens natura tempore et diffinitione. Assignans hinc
modos eius qui in his uersibus continentur. Tempore
natura. prius ordine. die et honore. Causam causato-
dicimus esse prius. Primo igitur modo aliquid dicitur
prius altero secundum tempus quod est uel fuit in priori tpe
ut homo qui habet viginti annos est prior illo qui ha-
bet decem annos. Secundus modus est quo ali-
quid antecedit aliud secundum uiam essendi. et hoc modo di-
citur prius altero a quo non uertitur subsistendi co-
sequencia. sicut animal mal est prius homine. et unum est
prius duobus. Tertius modus est quo unum ante-
cedit aliud secundum uiam discipline. sicut littere sunt prio-
res syllabis. et hinc sunt potes conclusiones. Quar-
tus modus est secundum quod unum prior est alio secundum digni-
tatis ordinem. sicut abbas prior est monacho suo.
Quintus modus his annexus est secundum quod unum est prius
alio causalitate. licet conueniens sit cum eo tam in
essendo quam in subsistendo. et hoc modo ueritas rei est prius
ei ueritate ordinis.

Querit Que est sufficientia quinque mo-
dorum prioris. Dicendum quod ista
quia omne prius uel sumit secundum
ordinem compositionis et discipline. et sic est tertia mo-
dus. uel secundum ordinem rei. et hoc est dupliciter. quia uel
sumitur ex parte esse rei. uel ex parte consequentium ip-
sum esse. ut sunt perfectio et causalitas. Si primum hoc
est dupliciter. uel sumitur ex parte esse absolute. et sic
est secundus modus. uel secundum durationem ipsius. et sic est
primus modus. Si ex parte consequentium hoc est du-
pliciter. uel sumitur secundum uiam perfectionis. et sic est quar-
tus modus. aut sumitur secundum uiam causalitatis. et sic
est quintus modus.

Si aliquid est prius alio secundum locum. ergo sunt plu-
res modi potestatis quinque. Dicendum quod prius
secundum locum comprehenditur sub priori secundum tempus
quia tempus et locus pari modo se habent in comen-
surando res. quia utrunque est mensura extrinseca rei.
Et sub primo modo etiam comprehenditur modus secundum
quod angelus non mensurat tempore proprie dicto. me-
suratur tamen tempore extendendo ipsum ad euer-
nitatem et eternitatem.

Si in tempore non est prius necque posterius. ergo
nihil est prius alio secundum tempus. Ans. pbat. quia
nihil habemus de tempore nisi nunc. quod
est indiuisibile. Dicendum licet nihil habemus de te-
pore nisi nunc in facto esse et in actu. tamen secundum successio-
nem et in potentia sunt plures partes temporis.

Si est aliquis modus prioris secundum quod causa effi-
ciens est prior suo effectui. sicut edificator est
prior domo quam facit. et tamen ille modus hic
non ponitur. Dicendum quod comprehenditur sub quin-
to modo. quia si causa que uertitur cum suo effectui sit
prior eo quod minus uidetur. ergo magis causa que non
uertitur cum suo effectui erit prior effectui.

Si contra exemplum primi modi. sicut se habet
decem ad viginti. ita se habet homo decem an-
no ad hominem viginti anno. sed decem sunt

ante viginti. ergo homo decem anno erit ante homi-
nem viginti anno. Dicendum quod decem et viginti ca-
piuntur dupliciter. uno modo in ratione partis et totius.
et sic decem sunt ante viginti. sicut ordine constitutio-
nis pars est ante totum. Alio modo secundum se et absolute
et sic iterum in eodem decem sunt ante viginti. quia idem
homo prius est decem anno quam viginti. sed in diuer-
sis viginti sunt ante decem. quia homo viginti anno
est prior et senior homine decem anno. Et sic debent
hic comparari. quia comparando unam rem ad aliam il-
lud quod est senius alio est prius secundum tempus. Sed
diceret homo viginti anno non est senior. ergo nec est
senior. Ans. pbat. quia homo sexaginta anno tunc
dicitur senior. Dicendum quod quis non sit simpliciter se-
nior. tamen bene est senior comparatiue in ordine ad aliu-
m sex ad illum qui est decem anno. quia ille qui habet vi-
ginti annos est senior illo qui habet decem annos.

Si inter numerum binarium et ternarium non con-
uertitur subsistendi consequentia. Etiam bene
ualeat arguendo ab esse unius ad esse alterius
et tamen unum non est prior alio. Secunda pars pbat.
quia binarius et ternarius sunt species numeri. et spes-
cies sunt coequiue sub genere. Dicendum quod species iste
dupliciter comparantur. Uno modo inter se. et sic bina-
rius est prior ternario. et sic loquitur textus. Alio mo-
do comparantur ad genus. et sic una species non est prior alia
quia equaliter participant rationem numeri.

Si contra exemplum secundi modi. inter hominem
et sortem non conuertitur subsistendi consequen-
tia. tamen homo non est prior sorte. Secunda
pars assumpti pbat. quia homo est uniuersale. et
uniuersale est posterius singulari. Dicendum quod uni-
uersalia possunt dupliciter considerari. uno modo ma-
terialiter pro natura communi subiecta intentioni uni-
uersalitatibus. uel pro uniuersali incompleto. et sic secundum natu-
ram uniuersale est prius singulari. Alio modo for-
maliter pro intentione uniuersalitatibus. uel pro comple-
ta ratione uniuersalitatibus. Et sic aristoteles dicit in pri-
mo libro de anima. quod uniuersale est posterius singulari-
tibus. quia per abstractionem a singularibus fit uel.

Si contra exemplum tertii modi. omne prius est prius
alio in aliquo ordine. ergo iste modus non est
distinctus ab aliis. Dicendum quod licet in quo-
libet modo prioris sit ordo generaliter captus. non ta-
men est ibi ordo doctrine uel discipline. Et dicendum
quod licet omne prius sit prius ordine. non tamen quod ad
ordinem. sed cognitionis uel discipline. de quo est sermo.

Si contra quartum modum. species est perfectior
et honorabilior genere. tamen species non est
prior genere. Secunda pars pbat. quia pnci-
piatum non pcedit principium. Sed quod licet uia gene-
rationis que est ab imperfecto ad perfectum spes non sit prior
genere. eo quod principium a genere. tunc ordine perfectionis
spes est prior genere. Et sic dicit de materia et forma.

Si contra quintum modum. Petrus hinc prius dixit quod
sunt quatuor modi potestatis. Et male addit qui-
tum. Sed quod hoc quod prius dixit intelligit
antiquis. sed illi quintum modum supradidit. Aristoteles.

Si Quod uera non uertitur cum esse rei significat per ip-
sam. quod ille modus non ualeat. Ans. pbat. quia io-
hannem currere sepe uerum est. quia tunc non fiat est
actualiter aliquis propositio enunciatio iohannem currere.